

*nimiriam Scholæ morositatem, nec nimiam vitæ libertatem sectari vi-dearis*, memor scilicet in subselliis versari juvenes, qvorum vel stu-dia theologica decoram reqvirant gravitatem, vel studia qvoq; politi-ca non indecoram exigant elegantiam. Hinc in scenam Tuos pro-dudere non dubitas, nec moraris τὰς διαλέξουταις τὸν κώνυμπα, qvi cum lu-dis gentilium, suo merito rejiciendis, omnem simul execrari solent apparatum, ut, ne christianas qvidem orationes, ex editiore loco, ve-lut ex theatro, recitandas concedi debere clament: digni forte qvos cum monachis, sub Antichristi vexillo militantibus, ad austera soli-tudinem secedere jubeamus. Uno verbo, mecum sentis, qvoties servi-lem informandi methodum, & cœcam per inutiles ambages viam aliqvi commendant. Displiceat ipsis, nostra, qvam refugiunt, novi-tas: dummodo veteribus interpretandis, illustrandis, ordinandis & imi-tandis ea sufficiat. Venerentur antiquos, velut semideos: dummodo nos, unde profecerint, & qvibus vel artis vel naturæ doti-bus instructi cæteros superaverint, ostendere queamus: ut non homi-nes modo, sed nostris etiam ingenii imitabiles expetiamur. Jucun-dus profecto non ita pridem mihi fuit censor, qvi methodum, ut fal-se vocant, Weisianam, ut ego loqvor, naturalem ipsiq; rationi con-gruam, exagitaturus, nihil inquit in *Oratoriis meis reperiri quod ex-scriptum non esset ex Hermogene vel Dionysio Halicarnassæo*. Sive tamen id fecerim, qvod nego, sive meis abundaverim sensibus, qvod rectius affirmaret: pari gloriâ viderer dignus, qvi vel antiquitatis the-sauros eruerim, vel eandem veritatem, qvam illi reperissent, inda-gando fuerim assecutus. Reliquos vero minus crediderim excusan-dos, qvi vel apud discentes monstratam ab antiquis viam dissimula-verint, vel mecum antiqua nunc amplecti dubitent.

Sed ab odiosis progrediamur ad amœniora: qvippe novum a-moris argumentum inspirat *Tua in Optimum SCHMIDIUM pie-tas*. Is decem annis me major, olim in ædibus nostris succrescens, fra-ter familiæ nostræ senior per jocum sæpe vocatus est, qvod prima se-dulitatis, dexteritatis, pietatis principia referret ad ELIAM meo-suum. Ita sæpe gratulatus sum Quedlinburgensibus, qvod dimidio fere secu-lo pretiosum hoc depositum suis filiis indulgeri cernerent: ipsi qvoq; ROESERO, qvem suo merito JACOBUM & NICOLAUM fuisse dicis, qvod introduxisset Magistrum, qvi totius Orationis mensuram, erudita sua pietate feliciter impleret.

Vidimus & scriptis & sermone Rectorem incomparabilem, cu-jus ad imaginem novos efformare sibi queat posteritas. Trivium suum strenue coluit, ut *ad juventutis utilitatem singula, nihil ad inanes vel speculations vel ineptias referret*. Suos non loqui solum, sed & cum judicio loqui, h. e. accurate disputare docuit: ipse paratis-simus sive meditata, sive subita, proponere statuisset: ut viva docen-tis

)